

G A S P A R I  
SCHIFORDEGHERI  
S I L E S I,

AD ANTONIVM FABRVM  
IVRISCONSULTVM  
SEBVSIANVM,

Liber Primus, & Secundus.

OPVS VERÆ IVRISPRVDENTIÆ,  
per varia impedimenta, nostro seculo eluctanti  
subsidiarium.

NUNC PRIMUM IN LYCEM EDITVM.

*Dr. Q. Ingh. An.  
de la fena?*



IN NOBILI OPPENHEIMIO,  
Ex Officina Typographica Hieronymi Galleri,  
Cura & impendio RVLANDIORVM.

M. D C. X.



# AD IOANNEM RVLANDIUM IURISCONSULTUM,

Pro libris meis Præscriptio.

**Q**UOD librum meum, *Chrissime RVLANDI*, subreptum, vel interceptum doles; incertum vitium magis, non laborare, fabula fuit doni in manu, unde aliud exemplum petere licuit. Sed dum recordationes improbitatis huius fugio, quæ quasi motu quodam dolorem efficiunt, non tamen refugio à te admonendo, quod velim tibi ignotas, cum inmodi est. Admonere possum, ac si ille olim ad Galbam; corrigere non possum, hoc hic valet. Etenim si casu fortuito liber ille in via cecidisset, quidni sero permissis ista, quibus impar essem. Nunc cum verator, aut conector mihi insulsum est, subelle nescio quid, præmunie ada quædam fuerunt necessaria, ut ad omne me fabulanti totum præstarem. In vniuersum profiteor, scripsisse me ista, nondum expleto ætatis vigesimo quarto anno, ut prolixius possit hinc esse huius fulminis metus, quod ita fieri solet accipimus; festinatam maturitatem annos non ferre. Quid, si aliquis omitteretur bene hoc euenisse, ut nostra perpetuo silentio damnarentur, atque sic descriptioni huic id concingeret, quo nihil felicius homini accidere posse Græci testantur: *ἢ μὴ γινώσκαι, ἢ γινώσκοντες ἄσβητον δαίμονα*. In qua sententia non nihil veri est, hanc tamen vereor, ut ab optima diligentia numerus anticum expatit; quia præposterum sit, computare annos, non quibus studuimus, sed quibus viximus. Cogitatio sane, cum Plinio, quam sit magnum dare aliquid in manus hominum; debui quoque Flacci dicta recollere, qui monet, quid periculi vox præcipitata possit incurere. Sed ita sentio, quod Cynæ Sisyram nouem annis accepimus scriptam, & Plinegryicum Iſocratis, qui paucissime decem annis dicunt elaboratum, ad IC. nihil pertinet, cuius nullum erit, si tantum tardum fuerit, auxilium. Miter enim, & ut sic dicam, pauper IC. est, qui nullam legis interpretationem æquo animo perdere potest. Autores habeo Principes scientiæ nostræ, Gouertium, Cuiuscium, Fabrum, qui valde iuvenes non crederent speculanti ingenij, ubi illos non solum senes, sed & omnis ætas ventura possit inspiciere. Multa ergo valeant in iure nostro antea leges, nihil autem in scribendo de iure Sæuola quondam dicere solitus est, nullam sibi artis faciliorem cognitionem videri. Idem si nunc dicerem, non debuisse, quis nesciret, potuisse, quis crederet, Formæto aliquis ad Sæuolam; quid in alieno seculo tibi;

— *Sed hæc prius fuerit.*

Quod si verò adhuc cum Cicerone, & Fabio, ea reside sententia, ut non poteris in eo esse succus duritatis, quod nimis celeriter maturitatem fuerit assecutum; cum, quæso, reputemus; facilius, sicut in vitibus, renouantur ea, quæ sese nimium profuderunt, quam si nihil valeat materies, noua sumenta cultura excitantur, ita etiam esse debent ingenia iuuenum, unde aliquid amputetur; Vnde nostra, sicut adolescentis, cupio non tam te, & maturitate, quam spe, & expectatione laudari.

Quocirca dolorem meam ista non leniunt, ut etiam ingemiscam, quod hæc penitigero, non pæculatio in corpore tela exercuerit improbitas. Odium vultus, amelli scripti, & quanti in multorum animis fortunæ valeat, tanti illud apud doctos omnes. Nonne hæc dicitur nostræ sunt? Et si genitores suos amare solent, quamuis aliquando amore caeco; quid, quæso, putas abjiciendum esse, quod de ateano pe chore genitum, autoris sui posteritas veracius estimat, ut apud Cassiodorum est. Certe nescio, quomodo delebant nos iuueniles illi, & primi nostri labores, quos velut primitias libanimus, & in tabulam aram hanc Themidis. Ferendus igitur tibi in hoc meus error, mi RVLANDI ferendus imo verò adiutandus. Nam si autographum non habuisses, quæ spes superesse potuisset, in reconcinnando, cum multa, ut breuitas aui huius est, haur facile resignantur. Labienus, qui primus ingenij pœnam subijt, illo tempore, quo libri eius ex SCRO vrebantur; nunc me, inquit, vitium ut oportet, qui illos edidici. Nihil simile in me, qui illa, quæ scriptis, imo & notis reposui, velut custodire desino, & ipsa se curitate dimittit, ut non in merito dixerit Plato; ob stare memoriæ vsu litterarum; Quod olim alte, & acuta quispiam, bene cogitata si excidunt, non occidunt, eo me, velut decretis technico-rum, non putavi tutum, qui me diocrium alioqui nostræ memoriæ vitium bene mihi conscius, ut etiam possit aliquid præstare, tamen promittere non possit, non semper illa bonæ fidei est. Cæterum, quod solatio mihi esse possit, id quoque improbitatis vehementia auget. Nam si tuteptum est libri exemplum



G A S P A R I  
SCHIFORDEGHERI  
S I L E S I,

AD ANTONIUM FABRUM  
IVRISCONSULTUM  
SEBVSIANVM,

Liber Secundus.

OPVS VERÆ IVRISPRVDENTIÆ,  
per varia impedimenta, nostro seculo eluctanti  
subsidiarium.

*NUNC PRIMUM IN LYCEM EDITVM.*



IN NOBILI OPPENHEIMIO,  
Ex Officina Typographica Hieronymi Galleri,  
Cura & impendio RVLANDIORVM.

M. D C. X.



# IURIS ANTISTITIBVS,

GERMANIS, GALLIS, HISPANIS, ITALIS,  
ORBÆ IURISPRVDENTIÆ  
TUTORIBVS RELICTIS;

QVIBVSQVE MELIOR, ET AMPLIOR EIVS CAUSA CORDI EST,  
GASPARVS SCHIFORDEGHER SIENSIS,  
QVOD BONVM FAVSTVMQVE SIT IPSIS,  
VOVET ET OPTAT,

VT QVÆ IURIS INSTITORES, IN IURISPRVDENTIAM  
FACERE MOLITI SVNT, EA, VT IPSIS, IURISPRVDENTIÆQVE, IN  
COMMVNEM REIPVBLICÆ VTLITATEM, EXEMPLA  
EDENDI FACVLTAŠ DETVR.

**V** DENDÆ lugendæq; Iurisprudentiæ spectaculum mihi propo-  
nere animus est; modo vobis confessoribus, VIRI NOBILES, VIRI PRVDENTES,  
spectare liceat. Quod si ante sexaginta annos exhibitum fuisset, nescio, an suaviter fuisset,  
omittere potius praevalida, & aduicta vitia, quam hoc adsequi, vt palam fieret, quibus flagi-  
tia in par etet aetas nostra. Sed iam ista petacta sunt, vnde cum non tantum praesentis, sed & vigilantis  
sit, occasionem obseruare properantem; confido sane consilium tenuitatis nostræ; quod vexillo opus  
esse statuit, vt honorum artium, honorum partium viri conuolent; nec mihi pudori, nec cuiquam oneri  
fore, si maxime creditus, saepe hoc non potuisse diuitias in domum effusas, quod opportune dari mille  
denarij. Quod dum profiteor, grauiſſimam mihi video sustinere personam, cum me non fugiat, praua  
Pragmaticorum studia impedite, ne Iurisprudentiæ sua constet autoritas. Sed tamen rursus me consolatur,  
quod nec alieniore tempore mentionem huius rei sececia, nec Iurisprudentiæ vulnera adhuc sunt  
postsanata, vt iam manifestam sit, à me in hac causa pietatis potius, quam defensionis; querelæ quam elo-  
quentiæ, doloris quam ingenij, partes esse susceptas; dum modo ab initiatis arcana Iurisprudentiæ intro-  
picere liceat,

— *Neue hac nostru spoliatur ab annu*

*Qua ferimus.*

Incipiam igitur pingere Iurisprudentiam, vt est misera, & sordida coloribus Pragmaticorum, penicillo  
meo, in eoque omnes ipsorum arculas, & pigmenta consumere placet, quos alioquin horridulos, & in-  
comptos esse videmus, sed ita, vt non pretermittam, quibus nutrimentis, beatissimo nostro seculo, Iuris-  
prudentia educata, ipsa se postea colorauit, & roborauit.

Quæ res, vt bene vostat, hac animum aduertamus, sic attendamus, nempe hæc est quæstio, de mi-  
serabili Iurisprudentiæ situ. Fingite animis, liberae enim sunt cogitationes nostræ, & quæ volunt, sic in-  
tuentur, vt ea ceruimus, quæ videmus; fingite igitur cogitatione imaginem Iurisprudentiæ, quam habuit  
ante annos sexaginta & amplius. Proposuit vobis, vt peruulgati iuris proferatur lectio vna, septem  
vendibiles introitus preparati. Concipite animo miseram rationem tractadiius controuersum, summam  
barbariem, & antiquitatis Romanæ improbum contemtum, adeo, vt si in citulo Doctorum, formulæ  
veteris nomen incidisset, piscis, aut edulij peregrinum vocabulum esse arbitraretur. Plaudite nunc an-  
tiphoni, ludite hypothecis, lacerate iuris rationem. Quid, quæso, aliud, quam rerum omnium, quæ ad  
Iurisprudentiam pertinent, nefandam insuliam. Vultisne igitur hanc Iurisprudentiæ conditionem, ab  
inferis excitare? Eius vos vitam desideratis, cuius mors tenebras illas disculſit? Non credo vos ita insa-  
nitate, vt aduersus nascentem solem, manus ostendere velitis; quamuis sic fieri sciam, & seculum nostrum  
resistat, ubi homines inuicem partem vitæ, in tenebris ita agunt, vt nouissime solem quasi superua-  
uum salidiant. Sæpe mecum consideravi, cur, cum priora secula, tot eminentium Iureconsultorum  
ingenij, gloriaque effluerint, superior potissimum aetas deserta, & laude orbata, vix nomen ipsum  
Iureconsulti retinuerit. Neque enim ita appellamus, nisi antiquos, & qui secundum antiquorum iuris  
intelligentiam, se conformauerunt. Superiorum autem temporum Bartolini Epoptæ, Bertachinici Do-

G A S P A R I  
SCHIFORDEGHERI  
S I L E S I,

Disputationum Forensium  
AD ANTONIVM FABRVM  
IVRISCONSULTVM  
SEBVSIANVM,

Liber Tertius.

OPVS VERÆ JURISPRUDENTIÆ, PER VARIA  
*impedimenta, nostro seculo eluctanti*  
*subsidiarium.*

NUNC PRIMVM IN LVCEM EDITVM



FRANCOVRTI AD MOENVM

Excudebat Wolffgangus Richterus.

Cura & impendio RVLANDIORVM.

M. DC. XIII.



I  
GASPARI  
SCHIFORDEGHERI  
SILESI DISPUTATIONVM  
FORENSIVM,

AD  
ANTONIVM FABRVM IC.  
*Sebustianum,*

LIBER TERTIVS.

TRACTATVS I.

DE ADITIONE QVAE PRO  
*solutione cedit.*

**P**ERFECTO, Antoni Faber, ope-  
ris dedicati, magnis, & inuidendis  
ingenij tui monumentis, secundo  
libro, & iam potissima laboris par-  
te transacta, noua insuper diligen-  
tiâ causa, & altior sollicitudo, quale iudicium ho-  
minum emereret, accessit. Adhuc enim studia  
velut inter aequales conferebam, & si parum no-  
strum institutum à cæteris probaretur, cõtentus  
fore mea exercitatione videbar, vt mihi iustus  
formare iuris disciplinam satis putarem. Nunc  
verd cum numerus librorũ progreditur, Deo  
nostro benè iuuante, cum ipsius vitæ, quantuli-  
quiq; fuerint, progressibus, quantum committi a-  
nimo possumus, quantum labore contendere,  
tantum nobis faciendum est, vt efficiamus, nee  
committamus, vt cum primæ ætati veram & in-  
corruptam iuris prudentiam spectanti, & confi-  
deranti, non modo homines doctissimi non in-  
uiderint, verum etiam fauentis suæ aura illam  
profecuti fuerint, ipsimet nobis defuisse, & falsã  
ipse amicos nostros lassasse videamur. De natu-  
ritate enim nostra multo debent venire meliora,  
qui si in ætate tenera non secum prædicanda,  
certè non respuenda elegimus. Oris autem tan-  
ti operis successus erit illud iuris nostri caput,  
in quo agitur de effectu aditionis, quem iuris  
auctores haud æquabiliter determinasse viden-  
tur, vnde Pragmaticis multa prouenerunt mala,  
quæ nunc auerruncare parati sumus.

QVÆSTIO I.

*Ex quo iuris principia fiat, vt aditio & pro  
solutione, & pro confusione cedat? Inde  
vera iuris ratio consignata, & falsare-  
iecta.*

**E**T quoniam cogitationes meas sic dirigo,  
non ad illam paruulam cynosuram.

*Quisidam dicit se Eburno Phœnice in alto,  
Sed ad Elicem & clarissimos, Septentriones, id  
est principia iuris latiore specie, non adtenuè-*

linata, eò sit vt errem & vager latius. Ergo iu-  
ris nostri principium est bona defuncti ex quo  
tempore habet heredem siue voluntarium siue  
necessarium fieri bona heredis. Quamuis verd  
cum suo herede, quem etiam necessarium esse,  
ex iuris nostri incunabulis liquet, ita sit compa-  
ratum, vt defuncto quandoquæ patre sibi mar-  
gis, quam patri successisse videatur, vsque adeò  
vt dominij quædem sit continuatio potius, quàm  
acquisitio, sicuti ex Paulo constat, *in suis. l. i.  
ff. de lib. & postum.* Attamen quo iure, quâso  
conditione iuris auctores in huiusmodi herede  
hereditatem induxerunt, eadem etiam ratione  
agnita hereditas (quod in suo hærede sit perim-  
mixturem) desijt esse hereditas, inceptiq; fieri  
patrimonium heredis. Ex quibus etiam sit vt he-  
res siue voluntarius siue necessarius sicut hoc i-  
pso sit dominus bonorum, quæ antea fuerunt de-  
functi, ita & eiusdem sit legis potestate debitor,  
eius ipsius quantitatis, quam defunctus debuit.  
Vnde & necessarios heredes teneri iure civili  
creditoribus hereditarijs disertè scripsit Gaius,  
& quidem de suo herede agens, *in necessarij, l. 2.  
in prin. ff. de acquat. hered.* quod etiam Iustinianus  
clarius expressit in herede simpliciter necessa-  
rio, *l. i. ver. Valde enim prospiciendi. Inst. quibus ex caus.  
manum. non licet.* Quod cum ita sit ex illo iuris  
principio, quod paucis indicauimus, quodq; ple-  
nius iuris nostri Magister prosecutus fuit, *in nu-  
risprudem. tom. 1. libr. 6. prin. 4.* exundat, vt aditio  
& pro solutione, & pro confusione dicatur cede-  
re. Pro confusione quidem, quia non posset cen-  
teri heres eadem persona, cum defuncto. *Nau.  
48. in presat. si quidquid fuit defuncti mortis tempore la-  
dem post aditionem heredis non esse intelligeretur.* Nam  
per aditionem hereditatis sit prius confusio per-  
sonarum quam bonorum, quæ non aliunde nas-  
scitur, quam ex eo quod bona defuncti fuerint  
facta heredis. Quare confusio tam personis, quàm  
bonis illa etiam confusio proficiscitur, quæ or-  
minem tollit obligationem; siue quid heredi à  
defuncto, siue cõtã defuncto ab herede ex qua-